

**hr. Reg. 17. 34.**  
Quod venisset  
Saul in Carmelum, &  
erexit ibi  
fornicem tri-  
umpalem.  
Hebr. Hinni-  
matif lo.  
i 4. Reg. 11.  
30.

## IN LIBRUM JOB PROLEGOMENON

a Job 13. 16.  
Vide Commen-  
tarium.

b Job 30. 9. Fi-  
lli flitorum  
& ignobilium,  
& in terra pe-  
nitentia non pa-  
rente, siue  
in eorum can-  
ticum peritus  
sum.  
c Job 2. 9. 10.

**C**UM Job laudabilem in rebus pietatis, & religionis vitam plurium annorum spatio (a) exegisset; permisus à Deo Satanus, ut vi- rum tentaturus bonis omnibus exspoliaret, filii orbaret, domum everteret, necessarios tandem omnes arceret. Datum illi pariter, ut sāvo morbo, & adversus omnes medicinas contumac corporisculum illius depaceret, eo rigore, ut circa mortem nihil relinquenter intentat. Pius ille vir suorum omnium auxilio desitutus, ad extremas rei familiaris angustias reditus, perpetuo ulcere, contabescens, substrato simo decumbens, & fluentem toto corpore sanem tēfā radens, nunquam tamen tot ingruentibus malis tentatus animo dejectus est. His accedebat viliissimum hominum insultus (b), uxoris nunquam non recte pīque, facta viri exprobantis molesta (c); ecquid non? Nunquam tamen à Dei plágis infligentis manu pura mentis oculos Jobus avertit.

Sparsa jam longè latèque calamitas illius fama quatuor ex eis amicis ad luctuosum spectaculum accivit. Cū primū venissent, ulceribus facientem nati, vix notum vultum agnoscere valuerunt. Septem integrōs dies in silentio utrinque perseverant est; hærentibus viris illis ad triste miserandumque spectaculum. Tandem primus Job longum silentium abrumpens, acerbas eas vicissitudines altè indoluit. Tunc amici, quibus illud (absurdum alioquin) constitutum erat, neminem malo aliquo immergit premi; nec sedulō distinguentes inter peanas à Deo periculi faciendo virtutis amicorum suorum, gratiā immisit, cæteraque quibus in criminā animadvertebatur; viri sancti quelas veluti animi humanum aliqd in tot malorum angustis patientis habuerunt, ferisque hortati sunt, ut criminum poenitidine, atque devoti animi subjectione, infida à Deo mala portaret; sciret enim neminem nisi pro meritis puniri. Job vita se ad ea probè conscius, & eo conscient-

falsa quidem & absurdā per universum, fermè Orientem obtinet persuasio, neminem nisi criminum suorum merito puniri, ut nihil nobis mali contingat, nisi quod in nos antea criminibus provocaverimus. Is autem ex metempycosis in illis regionibus longè latèque pervagatā opinione, malā radicis malus furculus prodivit. Nec

ab

Legislatoris mētem fecutus David, Gigantis gladium, & reliqua arma omnia trophyū Domino in Tabernaculo suspendit; quemadmodum & ditissima quæque hostium spolia in sacra Aeria ab illo relata legimus; legimusque pariter de Samuele, Sauli, & religiosissimis quibusque eorum successoribus (d). Ita relatū de prospero arborum successu in Deum honor, agnatusque ipse eo velati tributo summis arborum omnium arbiter, & Dominus.

K 1. Par. 26.  
26. 27. 28.

ab ea re in specie quidem plausibili abhorruisse plurimū Hebræi videbantur; ut non minimi momenti rem moliretur, si quis arguendum errorem suscepisset. In hunc scopum collidunt historiæ Tobiae, & Job, amba viros justos malis plurimis itisque gravissimis oppressis exhibentes. Porro documenta illa & exempla semper quidem necessaria habenda sunt, tunc verò maximè, cum persecutions & publica calamitas defegiunt. Invalidit inde opinio hunc Librum in ipsa Ægyptiaca siue Babylonica captivitate adornatum fuisse, quod Hebræi solatio aliquo levarentur.

Nullus est in Sacra Scriptura Liber adèd adversariorum obrectationibus præ Libro Jobi obnoxius, nullus implexior; quibus dubitationibus submovendis parum lucis in ipso Operè affulget. De Jobo ipso quis, & an fuerit, quo vixerit tempore, quæve in regione, ambigit; obscura etiam viri origo, Religio, Operis Author, scribendi occasio, veritas & authoritas. Earum quæstionum partem in Commentariis excusimus, pars verò in examen modò revocanda est.

An Idumæum, vel Arabicum, vel Sy-

rum, vel Israeliticum genus retulerit Jobus, non satis convenit. Duo tamen præceteris & numero Scriptorum & autoritate probantur opiniones. 1. Ab Esau, 2. à Nachor virum illum accersit. Utriusque opinio assertores viri doctissimi, nec infra rationum monumenta afferuntur; quibus tamen cave credas ut certi aliquid exploratumque habeatur. S. Hieronymus QQ. Hebr. in Gen. Alcuinus, Beda [d], S. Idorus (e), Rupertus in Gen. 22. & 36. Lyranus, Spanhemius [f] è genere Nachor repetit. Reliqui Patres Graci, Latinique (g) & vulgò Commentatores (h) contrariam opinionem defendunt; quibus suffragatur vetustissima additio in calce. Exemplarium Septuaginta, & Veteris Vulgata Latina, qui disertissime Jobab quintus ab Abraham è genere Esau statutus.

Eusebius Præpar. lib. 9. cap. 17. ex Alexander Polyhistor refert Aristoteles sententiam, ex eadem additione deducit. Porro aditio illa neque in Hebreo legitur, nec in Aquila & Symmacho; sed Teodotion, qui fidem Exemplarium Septuaginta reli-

gioſius sequitur, nihil in ea re sibi licere arbitratius, sancte illam servavit. Quare ut opinionem tantè vetustatis assertionem munitam deferamus nihil apud nos valere poterit, nisi major aliqua & omnino irrefragabilis authoritas. Quæ sanè tam longè abest ut ab assertoribus contrariae opinionis afferatur, ut nihil habeant tam firmum, quod solvi minime possit. Eam verò sequuntis hypothēsim, quæ ad Jobum ejusque amicos pertinent omnia prona sunt & aperta.

Quæ vixerit etate Jobus, res est in ambiguō. Sunt qui coæcum statuant Patriarchis, & Moysi vetustiorem (i); sunt qui Moysi, & servitui Ægyptiaca Hebraorum suppare, malum; alii cum tempore itineris Israelitici per desertum, sive

cum Judicum ætate componunt (k). Revocant alii ad Davidis & Salomonis tempora (l); alii ad usque captivitatem Babylonicam, vel eâ durante circiter. Tandem sub Assuero Rege & Esther vixisse, atque scholam Tyberiadis in Palæstina rexisse, antequam captivus Babylonem ducetur Rabbinorum quorundam est sententia (m). Sanior tamen Judaorum pars natalem ejus annum componunt cum priori Patrum suorum in Ægyptum ingressu; obiisse verò dicunt, quo anno ipsos loco cedere contigit. Ad illum verò spectare credunt locum Numerorum 14. 9. Recedit ab eis omnipotens (Hebraic. unbraculum) Deus enim, inquit, educto à Gentilibus Job, omni illos praefidio nudavit (n). Recepta magis opinio (o) ad Moysē ætatem revocat, ut historia Jobi inter Genesim Exodumque media statuatur; ac proinde calamitas viri accidisse credenda est, antequam Israelitas ex Ægypto facessere contingeret. Sed in ejusdem Libri contextu animadvertisse quadam autumamus, quibus nosse Jobum prodigium in transfiguratione Erythrai, & de Lege Domini quedam probaretur. Quare certam oppresſi malis Jobi epocham post aliquot ab egesſu ex Ægypto annos statutum.

Alterum, quod negotium facessit, illud est, nimurum quis potissimum Libri Author habendus sit. Sunt qui Jobum ipsum de se scriptissime crediderint (p); sunt qui Eliu maluerint, vel faltem Jobum ipsum cum amicis; sunt etiam, qui Moysem, vel Salomonem, Isaiam, aut recentiores adhuc Scriptorem. Nihil sane in Textu occurrit, quod satis aperte Authorem prodat; neque an ipse de se Jobus sive alias quicunque, Judæusne, vel aliam professus Religionem, scriperit. Cæterū qui hac scriperit, ut verbis S. Gregorii Magni Praef. Moral. in Job utar, supervacuè quaritur, cum tamen Author Libri Spiritus Santius fideliter crederit.

Origenes contra Celsum lib. 6. testatur Opus illud esse Moysi ipso vetustius; nec Syros ab ea sententia recessisse credimus, quippe qui omnium Librorum canoniconum primum Jobum statuant. Pseudo-Origenes in Comment. in Job, ejusdem viri operā Syriae scriptum Librum autumat; à Moysi verò ita Hebreicè translatum, ut litera non serviret. Nonnulla enim de suo adiuvare sibi vīsus est, veluti de obitu Jobi historiam, sicut & alteram in ipso Libri exordio de Satan, qui coram Deo in cœtu Angelorum, sive filiorum Dei stetit; equis enim alius, inquit ille, præter Moysē, noscere rem illam poterat? Addit insuper, Operis illius letationem diebus jejuni, sicut & cùm Paschioni Domini, cuius Jobus figuram exhibet, sacrum tempus recurrat, in Ecclesia fieri.

Alius etiam Jobi Interpres sub emento Origenis nomine latens (q), luculentius asserit, Moysē ipsum eum Librum literis mandasse; quæ etiam sententia nostra & alii innatiplerisque probatur (r). Scriptum au-

k Gregor. Ma-  
gn. Rabb.  
Eliezer, &  
Juchanan,  
Talmud. tract.  
Baba Batra,  
alii in Catena  
apud Chrysost.  
& Polychron.  
I Talmudista,  
& alii apud Maim. mo-  
Neboch. cap. 22.  
in Vide Tal-  
mud, Tract.  
Baba Batra.  
n Vide Tal-  
mud loc. cit.  
cap. 1. Jucha-  
fan Olam Rab-  
ba cap. 3.  
o Ita Chroni-  
ca & Hist.  
Hebr. Ara-  
bum, Ori-  
entalium. Pe-  
tar. Usser. Voss.  
Sixti. Senen.  
alii passim.  
Vide Span-  
heim. Histor.  
Jobi cap. 6.  
pag. 106.  
p Gregor. Ma-  
gn. Prefat. in  
Job. Pseudo-  
Origen. Sixti.  
Senen. Dom.  
Brix. Prefat.  
in Morali.  
Jobus five aliis quicunque, Judæusne, in  
vel aliam professus Religionem, scriperit.  
Greg. alii plu-  
res apud Span-  
heim. Hist. Jo-  
valde supervacuè quaritur, cum tamen  
Author Libri Spiritus Santius fideliter cre-  
ditur.

q Comm. in  
Job à Peronio

Latinè editus

r Talmud in

Baba Batra,

Kimchi, Poly-

chron. Philipp.

Abul. Iidor.

Julian. Hali-

carnass. Tor-

niell. Salian.

Bellarum.

Mercer. Bol-

duo. Huet. Ori-

genian. lib. 3.

in appendice

& alii innu-

atiplerisque probatur (r).

Scriptum au-

s Polychron. in Catena .  
t Jaquelot.  
Dissert. de existent. Dei c. 23.  
u Chronol. Vet. Tef.  
x Job 38. 12.  
Prover. 8. 11.  
y Proverb. 1.  
z Job 38. 28.  
E. G. thub-  
chijah Job 5.  
12. & 6. 13.  
G. 11. 6. 12.  
16. & 26. 2.  
& 30. 22. Pro-  
ver. 7. 3. & 3.  
21. & 8. 14. &  
18. 1. Item.  
havah, prævi-  
tas, Job 6. 2.  
30. & 30. 13.  
& Prover. 10.  
3. 11. 6. & 17.  
4. & 19. 13.  
Item thachbu-  
lith. Prover.  
1. 5. Job 37. 12.  
Item potc.  
Job. 5. 2. Pro-  
verb. passim.  
Item avador  
school Job. 26.  
6. & 38. 22.  
& 30. 2. Pro-  
ver. 27. 20. &  
15. 11. & G.  
Grot. notavit  
in Ecclesiaste  
voce quasdam  
Chaldaicas. Vide  
Præf. in hunc Li-  
brum.  
a Confer Job  
21. 33. & 26.  
5. & 12. 22.  
cum Prover. 9.  
18.  
b Job 26. 6.  
Spiritus seu ventos appendere Deum utriusque  
legimus [e]. Jobus ad amicos dicebat, ex eorum silento, si nullam unquam  
vocem emisissent, judicium de ipsorum  
sapientia capiendum fuisse; Aultum silentem  
tanguam sapientem haberi Salomon  
docuit (f). Gigantes in inferno collocat  
Jobus: cœtum sive locum Gigantum infernum  
denominat Salomon (g). Divitias  
iniquè collectis nunquam juvari virum im-  
pium, sed illas in manus Iustorum dilabi,  
ait Jobus; ait & Salomon (h). Tu-  
mida mentis audaciam humilitatem con-  
sequi plerumque, sapientis inculcat Salomon:  
quod ipsum & Jobus afferuit (i). De crea-  
tione terræ, marisque paria utrinque spe-  
cies (k). Périratum impium ejusque memoriæ, futurum tandem ut male oleat,  
veluti dapes corruptæ uterque profite-  
tur (l).

22. 29.

autem centent à Legislatore, quo tempo-  
re in Ægypto populus opprimebatur, vel  
saltē cum tædio longioris peregrinatio-  
nis astigeretur, ut eo solatio molestiam  
levaret. Verum si Moysi Authori sine con-  
troversia tribuendam esset Opus, nun-  
quam Judæi de illius Authore inter se  
disceptarent. Cur in Veteri Testamento  
Ezechielem, & Tobiam ne nomen  
quidem Jobi legitur? Unde tanta barba-  
rarum vocum eluvies, unde Chaldaicarum,  
Syriacarum, & Arabicarum, cum Penta-  
teuchus purissimè fluat?

Opinio quæ Salomonem Operis Autho-  
rem constituit, jam inde à pluribus facu-  
lis cœpit, cum & assertorem habeat Gre-  
gorium Nazianzenum Orat. ad Exequa-  
torem, & Polychronium (n), alioisque  
nonnullis; inter Recentiores verò defen-  
ditur à Spanhemio Hist. Job, Jaquelo (t),  
& P. Harduino (u). Porro Harduinus an-  
num emortualem Jobi constituit anno 35.  
Davidis; scriptique Operis à Salomone  
epocham confert in annum 30. ejus Re-  
gni. Verum quando probaretur ea hypo-  
thesis, Opus illud Salomoni tribuens, ut  
Jobum sub Regno Davidis, sive Salo-  
monis colloccaremus quis cogeret? Ha-  
bemus planè persuasum, virum illum.  
Sanctum utroque eo Principe multò esse  
vetustissimum.

Quod eam opinionem de Salomone in-  
vexit, illud potissimum fuisse videtur,  
multam scilicet sententiarum, vocum,  
& phrasium ejus Libri cum Libris Sa-  
lononicis, Proverbiorum, & Ecclesiastæ  
confessionem: utrinque enim insigne Sa-  
pientia elogium textus (x); vera Sa-  
pientia in eo constituitur, si timor in  
Deum tenetur; ejusdemque Sapientia fo-  
lius author Deus ab Authori utriusque  
Operis afferitur (y). Ad hęc, phrasum  
& vocum consensus utrinque summis (z).  
Sermonem habet Jobus de mortuorum sta-  
tu; idem fermè apud Salomonem recur-  
rit (a). Patere oculis Dei sepulchrum,  
& Infernum habet Jobus, habet & Salo-  
mon (b). Bibere iniquitatem velut aquam,  
phrasis est utriusque (c). Invehitur tam  
Jobus quām Salomon in eos, qui manu-  
ribus studeat aequitatis dispendio (d).  
Spiritus seu ventos appendere Deum utriusque  
legimus [e]. Jobus ad amicos dice-  
bat, ex eorum silento, si nullam unquam  
vocem emisissent, judicium de ipsorum  
sapientia capiendum fuisse; Aultum silentem  
tanguam sapientem haberi Salomon  
docuit (f). Gigantes in inferno collocat  
Jobus: cœtum sive locum Gigantum infernum  
denominat Salomon (g). Divitias  
iniquè collectis nunquam juvari virum im-  
pium, sed illas in manus Iustorum dilabi,  
ait Jobus; ait & Salomon (h). Tu-  
mida mentis audaciam humilitatem con-  
sequi plerumque, sapientis inculcat Salomon:  
quod ipsum & Jobus afferuit (i). De crea-  
tione terræ, marisque paria utrinque spe-  
cies (k). Périratum impium ejusque memoriæ, futurum tandem ut male oleat,  
veluti dapes corruptæ uterque profite-  
tur (l).

Plura hujus saporis congerenda sūscent; k Confer Job  
38. 4. 8. Prov.  
30. 4. & 8. 26.  
27.  
l Job. 20. 7. &  
Prover. 10. 7.

m Grotius  
Prolog. in Job.

n Vide Joseph.  
Antiq. lib. 10.  
cap. ii. pag.  
345.

p Traſt. Theol.  
Polit. c. 10.  
pag. 830.

sum ab ipso gestarum historia multò cā  
ætate recentior est, cūm ad Psalmos Da-  
vidis & Proverbia Salomonis non semel  
spectasse deprehendatur; illis utatur voci-  
bus, quæ non prius quam post illos duos  
Reges obtinuerunt. Quæ de Angelis Satan  
apud Authorum legas, hac cum ætate no-  
vissimorum Regum Juda satis congruant.  
Voces ultra centum occurruunt in veteri-  
bus Libris Hebræorum planè ignota, qua-  
rum significatio nonnisi è Chaldæo, Sy-  
riaco, & Arabico ac recentioribus Judæo-  
rum Scriptis repetitæ est. Nec minoris  
in eam rem momenti habenda sunt expref-  
sa astrorum nomina, & ornamenta sermo-  
nis, veteribus Judæis insuta. Hęc Co-  
durcum movent, ut Authorum hujus Ope-  
ris suspicetur sive Prophetam aliquem.  
Idumæum (o), sive Itaianam Prophetam  
scriptum enim circa ea tempora Opus ar-  
bitratur. Eruditio, sententiarum, & stili  
majestas, ac eloquentia satis cum Itaia-  
quadrant; recurrent etiam voces nonnullæ  
eidem Prophetæ familiares. Ipsum Itaian  
nomen sub verborum quibusdam amba-  
gibus latens in ipso Libri exordio depre-  
hendisse sibi Codurcus blanditur, in pri-  
mis illis Textus originalis verbis Ich-  
-haiah, vir fuit &c. Bellum argumentum.

S. Gregorius Magnus to. i. p. 110. & 665.  
tradit, Librum hunc Latinè ex Hebræo,  
& Arabico versum fuisse; & S. Hieronymus  
in Præfatione in eundem Librum, scri-  
ptum esse testatur Hebræo, Syriæ, &  
Arabice, vel saltē trium illorum speci-  
mina quædam unum idemque Exemplar  
preferre.

Ligfootus aliisque nonnulli Opus vindicant  
Eliu amico & arctissima cognati-  
onis vinculo cum Jobo conjuncto, si uter-  
que à Nachor, ut creditur aliquibus, de-  
ducatur. Huic opinioni favet utrumque  
locus Job 32. 16. 17. ubi ita loquens Eliu  
inducitur: Extinxerunt, nec responderunt  
ultra. Quoniam igitur expectavi, & non  
sunt loquuntur; respondebo & ego par-  
tēam. His verbis tamquam Operis Au-  
thorem designare sive Eliu videtur.  
Sed quid facient ejus opinionis affer-  
tores, cūm non ille tantum sed & ubi-  
que in toto Operे ipsi de se viri amici  
Jobi loquentes inducuntur, quasi actores  
in scena? Spinosa Jobum hunc [p]. Pag-  
num quandam esse suspicatur, qui è su-  
periori loco in humilem fortunam recidens,  
ac tandem priori restitutus, de Providen-  
tia Divina disceptandi occasionem pluri-  
bus exhibuerit & materiam: ipsum verò  
Operis Authorum credit Librum scri-  
bendum per otium suscepisse, non verba  
quidem Jobi referentem, sed variis alio-  
rum sententias. Quod autem magis magis  
que Opus placeret, ad normanum Poeticatum  
Lucubrationum formasse, cœtum Deorum,  
cui se Momus vel Satan exhibuerit, in me-  
dium adducendo. Opus est igitur, si Au-  
thori credamus, à Pagano scriptum, quod  
tamen Hebræus aliquis recensuisse debuit,

q Job 12. 9.  
Item cap. i. 11.  
& 42. 11. sa-  
piens.

Dissert. Calmet. Tom. I.

illum reprehensibilem impedit, Lectorem  
arceat (r).

r Job. 31. 26.

Profectò si Pagani nomine vir aliquis  
significaretur, qui nec Mosaicam Legem,  
neque ceremonias ritusque servaret, con-  
cedimus non inviti Jobum tanquam Paga-  
num aliquem haberi potuisse, quod vulgo  
Commentatoribus maximè probatur. Si  
quis tamen Idololatram aliquem designari  
contenderit, qui nec Deum noverit, neque  
cultum ipsi purum impenderit, nec vite  
sanctimoniam coluerit; illi plane Paga-  
num appellare Jobum nunquam per nos  
licuerit.

Quicunque tandem habeatur Operis hu-  
milius Scriptor, illud exploratum certumque  
est: 1. Authorum esse Dei Spiritu afflatum  
cujus mente Divino irradiata lumine, manus  
& spiritus dirigebatur, ut viri sancti  
gesta omnia & sermones religiose sancte-  
recesserent. 2. Judæum esse, eloquentia &  
scientia & philosophia insignem, qui de  
Numine nec absurdæ nec vulgaria sentie-  
bat. 3. Relatos ab illo sensus omnes Jobi  
ejusque Amicorum, quos ipse deductis ex  
Scriptura vocibus ita exprimit, ut cha-  
racteres omnes loquentum, & atatem, reli-  
gionem, sensus, præjudicia, mores, situm  
regionis servarit. 4. Utitur plerumque  
nominibus El, Eloha, Elohi, Saddai, cum  
loquenter Job ejusque Amicos inducit;  
raro verò nomine Jehovah, nisi cùm perso-  
nam Historici ipse per se agit. Deum pa-  
riter designat eā phras: Perfecta scientia;

qua fāne Authori peculiaris est ceteris  
que insuta (s). 5. Arabes Scenitas pro sty-  
lo Hebræorum (t) Orientales appellant  
(u). 6. Procellam à meridie ingruer-  
dicit (x). 7. Aurum à Septentrione (y).  
8. Sidera poli meridionalis in abdito la-  
tere [z]. Hęc plane omnia sive in Idu-  
mæum sive in Palæstinum quadrant, o.  
Jordanem tanquam proximum celebratissi-  
mum ammē commemorat. 10. Ani-  
malia omnia, plantas, gemmas, aves,  
quorum ibi mentio, in Idumæa, Judæa,  
finitimisque regionibus notissima sunt. His-  
torie characteribus Hebræum quandam Au-  
thorem Operis agnoscas, qui Idumæum  
sive Arabem aliquem loquenter inducit.  
Solemne esse Arabibus, inter quos Idumæi  
censebantur, defunctionum suorum curam  
negligere, priscis Scriptoribus referentibus  
discimus (a). Defuncta corpora, ait Strabo,  
sive inhumata relinquebant, sive fimo tege-  
bant, loci inhumidis tradebant sepelienda,  
contra ac apud Ægyptios, & plerisque Orienta-  
les solerent. Veteris hujus indolentia ve-  
stigia cernimus in Jobo, apud quem de  
sanie & vermis, quibus defunctionum  
corpora facient, mentio (b). Sermo est  
etiam vicissim apud illum de sepulchrī in  
petra excis, & in soliditudine constitutus;  
ex quo morem illum apud omnes æquæ  
Arabes non obtinuisse suspicamur. Vide  
Job 2. 14.

Receptum erat apud Hebræos, ut pa-  
ternam hæreditatem, cūm mares suppete-  
rent, foeminae non adirent (c). Contraria  
omnia apud Arabes, quod Author sedu-  
lo notat, narrans Jobum æquis portioni-  
bus

a Strabo lib.  
16.

b Job 17. 14.  
& 21. 26. &  
24. 20. &c.

c Num. 27. 8.